

Barcelona, BC, ms. 479, f. 140r.

[*Accepit ergo Iesus panes et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Iohannis 6, 11.*]  
*Et ut thema nostrum facilius concludatur, in nostri sermonis exordio, triplex regula inseratur.*

Prima. Per la quadregesimal asprura nos és vuy rosa donada fragrant e molt redolent.

2<sup>a</sup>. Qui's sotmet a ça pressura dejunant, tota vegada gita liri molt plasant.

3<sup>a</sup>. Car fa aydar en fretura<sup>1</sup>, ret corona floreyada de fort bel comportament.

*Dico in primo quod per la quadregesimal et cetera. Et hoc est quod dicit Innocentius tertius: «Ne populus propter asperitatem quadregesimale observantie sub continuo labore deficeret, in hac mediana domenica rose solacium interponitur, ut anxietas temperatam melius sufferatur<sup>2</sup>». Ideo Cato dixit: «Interpone tuis interdum gaudia curis<sup>3</sup>».*

*Per hanc rosam qui datur homine possu[m]us intelligere Christum, qui datur nobis in premium quadregesimale asperitatis, sicut dicit Gregorius: «Consideratio premii minuit vim flagelli<sup>4</sup>».*

*Fuit enim Christus rosa alba in sua nativitate.*

*Fuit liliium in sua conversassione.*

*Fuit flos violaceus in mortis oblatione.*

*Fuit rosa rubera in sui corporis passione.*

*Rosa alba quanto ad ignocenciam. Petri 2: «Peccatum non fecit. Non est inventus dolus in ore eius<sup>5</sup>». Liliium in vite in formatione. Canticorum 2<sup>o</sup>: «Ego flos campi liliium convallium<sup>6</sup>». Violaceum in flagellatione, «Oblatus est quia ipse voluit<sup>7</sup>». Rosa rubra in sanguinis efusione: Canticorum 5: «Dilectus meus candidus<sup>8</sup>». Primo, sed postea, rubicundus in passione. Canticorum 2: «Fulssit me floribus quia amore langueo<sup>9</sup>». Et nota quod Chistus dicitur flos vel rosa campi, «et non orti<sup>10</sup>», ut dicit Bernardus, et hoc propter 4 rationes.*

*Prima, quia sicut ille nascitur absque labore hominis, sic Christus virtute Spiritus Sancti, non semine interveniente humano. Mathei 1: «Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est<sup>11</sup>». Secunda, quia sicut ille flos ventis et pluviis exponitur, sic Christus tribulationibus diversis. Psalmos: «Repleta est malis anima mea<sup>12</sup>». Iohannis 4<sup>o</sup>: «Ihesus fatigatus ex itinere sedebit sic super fonte<sup>13</sup>».*

*Tertia. Quia sicut per florem corpus ornatur, sicut per Christum ecclesia. Ysaia LXI: «Induit me vestimentis salutis et indumento iustitie circumdedit me et quasi sponsam decoravit me corona et sicut sponsam ornatam monilibus suis<sup>14</sup>».*

*Quarta. Quia sicut ille flos ab estis et transentibus conculcatur, sic Christus a iudeis et romanis. Psalmus: «Conculcaverunt me inimici mii<sup>15</sup>».*

*Quintum. Quia sicut ille flos nec pauperi nec diviti degatur, sicut nec Christus, Actus X: «In veritate conperi quoniam non est acceptor /<sup>140v</sup>. personarum Deus sed in omni gente qui timet Deum et operatur iustitiam acceptus est illi<sup>16</sup>». II Paralipomenon 19: «Apud Dominum Deum nostrum non est iniquitas nec personarum acceptio<sup>17</sup>».*

*Et ideo ne nos deficiamus a tanta observancia, dat se nobis in solacium et premium. Dicitur autem*

<sup>1</sup> Ratllat, asprura. | <sup>2</sup> Innocencius III, Sermo Dominica III in quadregesima, PL 217, 394b. | <sup>3</sup> *Distica Cathonis*, III, 6. | <sup>4</sup> Cita no localitzada. | <sup>5</sup> 1Petr. 2, 22. | <sup>6</sup> Cant. 2, 1. | <sup>7</sup> Is. 53, 7. | <sup>8</sup> Cant. 5, 10. | <sup>9</sup> Cant. 2, 5. | <sup>10</sup> Bernardus Claraevallensis, *In adventu Domini. Sermo II*. Opera IV, p. 173, l. 10-20 (☞). | <sup>11</sup> Mt. 1, 20. | <sup>12</sup> Ps. 87, 4. | <sup>13</sup> Io. 4, 6. | <sup>14</sup> Is. 61, 10. | <sup>15</sup> Ps. 55, 3. | <sup>16</sup> Act. 10, 34. | <sup>17</sup> 2Par. 19, 7.

*rosa quia sicut rosa materialis ut dicitur Magister De proprietatibus rerum in 17 capitulo, de rosa*<sup>18</sup>:  
Nex al camp de sa natura sens acció humanal.  
No sens naguna fractura e lesió natural.  
Defalex e petit dura cor a poch de temps decau.  
Nex de arbre spinós, qui per ella no pert s'aspina.  
Seyoreya totes les flos, e per so és dita regina.  
Ajuda a moltes langós qui turmenten la gent mesquina.  
Delita lo mortal visatge en son esgart molt graciós.  
Recura per gran aventatge lo sentiment qui és duptós.  
Conforta l'om de son usatge e dóna-li plasens sabós.

*Sic Dei filius ad modum rose alture.*

Fo concebut per la altura sens acció humanal: «*Non ex virile semine, sed mistico spiramine*<sup>19</sup>».  
Nasqué sens nulla fretura e lesió virginal: «*Nesciens mater sequitur peperit sine dolore*<sup>20</sup>».  
Defalí tots de natura en son ésser corporal: «*Pilatus autem mirabatur si iam obisset*<sup>21</sup>».  
Nasch de poble spinós, qui per ell nos convertí.  
Sobremontà les honós, lo món e lo cel regí: «*Data est mihi omnis potestas in celo et in terra*<sup>22</sup>».  
Ajudà a moltes langós e diverssos mals gorí: «*Misit verbum suum et sanavit eos*<sup>23</sup>».  
Confort feu de sa natura comunicant-nos lo seu cos: *Iohannis ultimo*: «*Ecce ego vobiscum sum*<sup>24</sup>».  
Recreà per ça gran cura lo nostre cor temorós: «*In missione Spiritus Sancti circumloquebantur cum fiducia*<sup>25</sup>».  
Delitarà la criatura quant serà en ses honors. *IPetri primo*: «*In quem desiderant angeli conspiceré*<sup>26</sup>», et *IPetri 2*: «*Si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus*<sup>27</sup>».

*De hac rosa candida et rubea dicitur Canticorum 5*: «*Dilectus meus candidus et rubicundus electus ex milibus*<sup>28</sup>». *Unde igitur dicitur flos sive rosa, propter quod ab omnibus fuit vocatus Natzareus, id est, floridus, quia in Natzalet nunciatus, et ibi natus, et ibi conversatus, et illo nomine innocente intitulus. Nec mirum quia flos in loco floris sive florido debet respirari. Bene igitur patet, dicitur id Canticorum 2*: «*Ego flos campi*<sup>29</sup>». *Campus dicitur virgo, ex quo germinavit ista rosa. Unde Bernardus, Summa*: «*Ista rosa datur nobis die ita in solacium et*<sup>141r</sup> *premium quadragesimale asperitatis, figurata mystice per rosam quem datur parentia*<sup>30</sup>». Sed enim ista:

És d'or bell e resplendent, lo qual és conservatiu.  
Ay mosquit molt redolent, lo qual és penetratiu.  
Ay bàlsem clar e luent, lo qual és confortatiu.

*Sicud mystice in ista rosa, id est, Dei filio:*

És la sua carn resplendent, la qual és incorruptible. *Psalmus*: «*Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*<sup>31</sup>».

És la sua ànima redolent, la qual és a nós invisible.

És la deitat clara e luent, la qual és inperceptible. *Ecclesiastes 24*: «*Balsamum non mixtum odor meus*<sup>32</sup>». *De floribus istius dicitur Ysaya XI*: «*Requiescit super eum Spiritus Domini, spiritus*

<sup>18</sup> *Proprietatibus*, cap. 17. | <sup>19</sup> Ambrós de Milà, *Himne Veni redemptor gentium*, del dia de Nadal. |

<sup>20</sup> Responsoris de la missa de Nadal. | <sup>21</sup> Mc. 15, 44. | <sup>22</sup> Mt. 28, 18. | <sup>23</sup> Ps. 106, 20. | <sup>24</sup> Mt. 28, 20. |

<sup>25</sup> 1Petr. 1, 12. | <sup>26</sup> Act. 4, 31. | <sup>27</sup> 1Petr. 2, 3. | <sup>28</sup> Cant. 5, 10. | <sup>29</sup> Cant. 2, 1. | <sup>30</sup> Cita no localitzada. | <sup>31</sup> Ps. 15, 10. | <sup>32</sup> Eccli. 24, 21.

*sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scienciae et pietatis*<sup>33</sup>», *sequitur granum quod intus requiescet. Super eum spiritus timoris dictum merito. Igitur de eo possumus dire, Ecclesiasticus L: «Quasi flos rosarum in diebus veris*<sup>34</sup>».

*Dixi 2 quod qui-s sotmet et cetera. Et hoc est quod dicit Leo in quodam [sermo] XL<sup>e</sup>:*

*«Per alios dies «non graventur corda vestra in crapula et ebrietate*<sup>35</sup>*».*

*Per hos autem etiam ieiunate.*

*Per alios corruptelas illicitas nolite contingere.*

*Per hos autem a licite [coniugali debito] abstinere.*

*Corpus quod in carnalibus affectibus solvebatur,*

*puris precibus prosternatur*

*Manus quae amplexibus implicabantur,*

*orationi extendantur. Vos qui per dies alios ieiunatis,*

*per hos augete quod facitis.*

*Qui per dies alios continentia crucifigitis corpus,*

*per hos crebrioribus propulsetur animus*<sup>36</sup>*». Sequitur: «Hanc enim observancia obtinebitur misericordia Dei et abholito peccatorum reatu*<sup>37</sup>*», calamus lilii de corpore pullulabit.*

*Unde Maximus in sermo XL: «Sicut terra aratris scinditur ut sit congrua frugibus, sic mentis terra ieiuniis exaretur ut celestibus sit apta seminibus*<sup>38</sup>*».*

*Videte relicum in sermo qui incipit: letare, erumpe et clama*<sup>39</sup>*.*

*Dixi 2*<sup>40</sup> *quod car fa aydar et cetera. Precipit enim XL opera pietatis exercere. Unde Leo in hiis: «Ergo XL<sup>a</sup> diebus pietatis opera habundantius exequamur, quod vobis demitis ieiunio, elemosinas addite*<sup>41</sup>*», «quale est oleum sine lucerna tale est ieiunium sine elemosina*<sup>42</sup>*». «Auferat miseratio severitatem, nullum carcer includat. Dissencionum materie conterantur. Cessent odia deficient*<sup>43</sup>*», «Non timeamus intra opera misericordia terrenarum diminutionem facultatum, nunquam enim miserendi eficia deserit in quo misericordia ipsa non deficit*<sup>44</sup>*» hoc ille. Et si bene ad dicta sanctorum velimus advertere quod XL<sup>a</sup> multa facere precipit. Precipit enim:*

*Pugnar enfortidament contra l'enemich tan brau. Et ideo I Corintiorum, 6: «Per arma iustitiae a dexteris et a sinistris*<sup>45</sup>*», «In omnibus exhibeamus nos sic Dei ministros*<sup>46</sup>*». Rationem ponit Leo: fremit dyabolus «et novum querit lucrum quia ius perdit antiquum*<sup>47</sup>*».*

*Refrenar lo nodriment de tot vici capital. «Derelinquit ipsius ovam suam*<sup>48</sup>*» et cetera. Leo: «infructuose est ha corpore subtrahere nisi mens a peccato revocetur*<sup>49</sup>*».*

*Convertir sap cor planyent a Déu senyor natural. Ioel 2: «Convertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et in fletu et [in planctu] et scindite corda vestra*<sup>50</sup>*».*

*Deneyar-sa verament de tota tara mortal: «Mundemus ab omni inquinamiento carnis ac spiritus*<sup>51</sup>*».*

<sup>33</sup> Is. 11, 2. | <sup>34</sup> Eccli. 50, 8. | <sup>35</sup> Lc. 21, 34. | <sup>36</sup> Augustinus, *Sermo CCV, In quadragesima, I*, PL, 38, 1040. | <sup>37</sup> Leo Magnus. *Sermo XL. De quadragesima II*. PL 54, 271a-b (☞). | <sup>38</sup> Maximus Taurinensis. *Homilia XXXVIII. De quadragesima, II*. PL 52, 309c. | <sup>39</sup> Gal. 4, 27. | <sup>40</sup> error, per 3<sup>o</sup>. | <sup>41</sup> Augustinus, *Sermo CCV, In quadragesima, I*. PL 38, 1040. | <sup>42</sup> *Mfl*, ieiunium, af; Cesarius, *In ammonitione secunda* (☞); Apareix a les Homilies d'Organyà atribuït a Gregori. | <sup>43</sup> Leo Magnus, *sermo XLI(XL)*, PL 54,274C. | <sup>44</sup> Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta*, p. 241. | <sup>45</sup> 2Cor 6, 7. | <sup>46</sup> 2Cor 6, 4. | <sup>47</sup> Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta*, p. 241, p. 225. PL 54, 269A. | <sup>48</sup> Iob 39, 14. | <sup>49</sup> Cita no localitzada. | <sup>50</sup> Ioel 2, 12. | <sup>51</sup> 2Cor 7, 1.

Ésser un poch abstinent en vianda corporal. *Leo: «Ieiunemus fratres karissimi, ieiunantibus enim nobis dyabolus esurit<sup>52</sup>».*

Ésser de cor penident e créxer en fet virtual. *Leo: «Parum enim religiosus monstratur qui hiis diebus non religiosior invenitur<sup>53</sup>» et operam virtutum perfectus non augere.*

Donar fort habundament del bé que has temporal.

*Unde Gregorius: «Nemo sibi abstinentiam solam credat sufficere cum Dominus per prophetam dicat: Nonne hoc est ieiunio quod elegi. Frange esurienti panem tuum, ideo ergo ieiunium aprobat, quod ad eius oculos manus elemosinarum levat, quod cum proximi dilectione agitur quod ex pietate conditur. Sequitur hoc ergo quod tibi subtrahis alteri largire, et unde caro tua affligitur, inde indigentis proximi caro re[p]aretur. Hic est quod per prophetam Dominus dicit: cum ieiunatis nunquid ieiunium ieiunastis mihi, sed quippe quisque ieiunat, si ea quae sibi ad tempus subtrahit, non pauperibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Hic per Ioel dicitur: «Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est adiunctis aliis bonis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere hec ille<sup>54</sup>».*

*Et quamvis pro omnibus his singulariter faciat coronam, dari precipue tamen pro ultime et enim.*

Per pugnar. *I Thimothei 2: «Coronabitur qui legitime certaverit<sup>55</sup>».*

Per refrenar. *I Corintiorum 4: «Qui in agone contendit ab omnibus se abstinet et qui Deo, ut incorruptibilem coronam accipat<sup>56</sup>».*

Per convertir. *Ysaia [62]: «Eris corona glorie in manu domini et dyadema regni in manu Dei tui<sup>57</sup>».*

Per deneyar. *Proverbiorum 4: «Glorificab[er]is ab ea cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuus augmenta gratiarum et corona inclita proteget te<sup>58</sup>».*

Per abstenir<sup>59</sup>. *Apocalipsis 6: «Qui sedebat super enim habebat archum et data est ei corona<sup>60</sup>».*

Per penedir. *Proverbiorum 27: «Diligenter agnosce vultum peccoris tui tuosque greges considera et corona tribuetur [in generatione generationum]<sup>61</sup>. Simpliciter tamen, per so del seu distribuir datur cetero sertum<sup>62</sup> de floribus. Psalmus: «Coronat te in misericordia et misionibus<sup>63</sup>». «In die illa<sup>142r</sup> erit Dominus exercitum corona glorie et certum exultationis residuo populi sui<sup>64</sup>». Vere tu es corona florum et violarum. Ut igitur ex nostro themate fiat conclusio formetur talis ratio*

Pus axí és que per la quadragesimal asprura *et cetera*.

Pus axí és que qui-s sotmet a sa pressura *et cetera*.

Pus axí és que car fa aydar en fretura *et cetera*. *Igitur sequitur*

Que de la coesmal arspura, car de la rel per què-s fundada brotarà flor com[...]

*et hoc est [quod] dicitur thema. In quibus verbis duo de quadragesima ostenduntur:*

*Primum.* Quant ha qu'és instituida e en aquest món plantada. *Ideo dicitur de radice eius.*

*Secundum.* Quina pagua n'és collida per lo qui l'a observada. *Et dicitur quod flos ascendet.*

*Dico igitur primo quod ostenditur in predictis verbis. Dimissa prima parte. La pagua et cetera, quod dicitur quod flos ab eo ascendet. Sed enim de aliquo honore seu labore datur premium sic de*

<sup>52</sup> Petrus Crisologus, *Sermo XII*, p. 95. | <sup>53</sup> Sancti Leonis Magni Tractatus. sermo XL *De Quadragesima II*, cap. I. | <sup>54</sup> *MFL*, ieiunium, p; Sant Gregori, *Regula pastoralis*, 3, 19. (☞) | <sup>55</sup> 2Tim 2, 5. | <sup>56</sup> 1Cor 9, 25. | <sup>57</sup> Is. 62, 3. | <sup>58</sup> Prov. 4, 8-9. | <sup>59</sup> *Segueix penedir ratllat*. | <sup>60</sup> Apoc. 6, 2. | <sup>61</sup> Prov. 27, 23 | <sup>62</sup> *Ms. certum*. | <sup>63</sup> Ps 102, 4. | <sup>64</sup> Is. 28, 5.

*pondere XL. Habemus istud in signe quod de corde exit flos, exit namque de corde nostro.*  
*Lilium percibire potus refrenacionem. Ysaia 33: «Letabitur deserta et inuia exultabit sollitudo et florebit quasi lilium<sup>65</sup>».*  
*Flos amigdali, per pauperum comparationem. Ecclesiastes ultimum: «Florebit amigdalus impignabitur locusta et dissipabitur caparris quoniam ibit homo in domum eternitatis sue<sup>66</sup>».*  
*Flos male punici per rubicundiam passionis Christi meditacionem. Canticorum 2: «Videamus si floruerunt mala punica<sup>67</sup>».*  
*Flos vinee per sancte conversationis odorem. Canticorum 12: «Vinea nostra floruit<sup>68</sup>» et «vinee florentes suum dederunt odorem<sup>69</sup>».*  
*Flos palma per spey longanimitatem. Psalmos: «Iustus ut palma florebit<sup>70</sup>». Sed pro dolor nam homine non sicut florent homines aliqui enim florent.*  
*Flore Moab, Ieremia 48: «Date florem Moab quia floriens egredietur et civitates eius deserte erunt et inhabitabiles<sup>71</sup>». «Fertil fuit Moab ab adolescentia sua et requievit in fecibus suis nec transffusus est de vase in vas et in transmigracionem non abiit<sup>72</sup>».*  
*Flore Nabuchonodosor. Daniel 4: «Ego Nabuconodosor quietus eram in domo mea florens in palacio meo<sup>73</sup>».*  
*Flore Efraym. Ysaya 28: «Ve corone superbiae ebriis et flos decidens gloriae<sup>74</sup>».*  
*Flore stirpi. Iob 8: «Numquid vivere potest scirpus absque humore aut crescet carectum sine aqua cum adhuc sit in flore nec carpatur manu ante omnes herbas arescit<sup>75</sup>».*  
*Flore herbe. Psalmi: «Mane sicut herba transeat. Mane flos et terra vespere dedicat inducare<sup>76</sup>».*  
*Flore vinee. Iob 15: «Ledetur quasi viena in primo flore botrus eius<sup>77, 78</sup>»*  
*Flore olive. Iob 15: «Et quasi oliva proiciens florem suum<sup>79</sup>».*

---

<sup>65</sup> Is. 35, 1. | <sup>66</sup> Eccl. 12, 5. | <sup>67</sup> Cant. 7, 12. | <sup>68</sup> Cant. 2, 15. | <sup>69</sup> Cant. 2, 13. | <sup>70</sup> Ps. 91, 13. | <sup>71</sup> Ier. 48,9. | <sup>72</sup> Ier. 48, 11. | <sup>73</sup> Dan. 4, 1. | <sup>74</sup> Is. 28, 1. | <sup>75</sup> Iob 8, 11-12. | <sup>76</sup> Ps. 89, 6. | <sup>77</sup> Iob 15, 33. | <sup>78</sup> *Ratllat et quasi oliva.* | <sup>79</sup> Iob 15, 33.